BENEDICTUS DE NURSIA. PS. AUGUSTINUS. PS. BERNARDUS CLARAEVALLENSIS. IOHANNES FISCAMNENSIS. HUGO DE SANCTO VICTORE. PETRUS DE ROSENHEIM

Melk, Mitte 15. Jh. Seite 30r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41344
Copyright: Melk, Benediktinerstift



sit licencia denuo cuiquam loqui aliquid. Quod
si inuentus fuerit quisquam hanc preuaricari ta
citurnitatis regulam. grauiori uindicte subia
ceat. excepto si necessitas hospitum supuenerit.
aut forte alicui aliquid iusserit. Quod tamen et
ipsum. cum summa grauitate et moderacione hone
stissime fiat. De hijs qui ad opus dei uel ad
mensam tarde occurrunt.

Ad horam diuini officij mox ut auditum fu
erit signum. relictis omnibus quelibet fue
rint in manibus. cum summa festinacione curratur.
Cum grauitate tamen. ut non scurrilitas inueniat fomi
te. Ergo nichil operi dei proponatur. Quod si quis
ad nocturnas uigilias post gloriam psalmi no
nagesimi quarti. quem propter hoc omnino protra
hendo et morose uolumus dici occurrerit. non
stet in ordine suo in choro. sed ultimus omnium stet.
aut in loco que talibus negligentibus seorsum
constituit abbas. ut uideatur ab ipso uel ab omnibus.
usque dum completo opere dei. publica satisfaccione
peniteat. Ideo autem eos in ultimo aut seorsum
iudicauimus debere stare. ut uisi ab omnibus.